



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De iuencula, quae ex tristitia se suspendit, ab amasio suo contempta,
cap. 43

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

IN alio quodam monasterio sanctimonialium an-
no præterito similis penè casus contigit, licet cau-
sa impellens dissimilis fuerit. Puella quædam, sicut
mihî retulit quædam sanctimonialis eiusdem ordinis,
à quodam homine misero, habitu quidem religioso,
non animo, ita magicis artibus est dementata, vt ten-
tationes ab illo conceptas sustinere non posset, nemi-
ni tamen suam passionem aperire voluit, sed solum-
modo dixit: Exire volo, quia pœnitet me huc venisse.
Quæ dum exire non permetteretur, tristitia vrgente,
in puteum se nullo vidente præcipitans extincta est,
quam dum ubique quærent, nec inuenirent, recor-
data sunt quædam sorores cani dixisse: Ego suffocabo
me in puteo. Quæ sita est ibi, & inuenta, sed mortua.
Eodem tempore quidam homo miserabilis, alterius
cuiusdam monasterij sanctimonialem simili extraxit
malitia, & impregnauit, quæ in sæculo mortua est.

CAPVT XLIII.

ANte hos annos tredecim, cõuentus noster
ueniens de messione, cùm nauigio Rhenum
ascenderet, & in villam Coloniae vicinã, quæ
Rodinkirge dicitur, veniret, iuuençula quæ-
dam in ipsa hora vitam finierat, adhuc iacens in terra,
de qua dicebatur, quòd à quodam viro genuisset pro-
lem, & quia ab eo fuerat repudiata, ex tristitia vehem-
enti talem sibi infixerat mortem.

CAPVT XLIV.

ANte illud tempus, adolescens quidam Coloniae
vestes suas deluserat, pro quo infortunio ita
tristis effectus est, vt solarium domus suæ ascē-
deret, & laqueo vitam finiret. Vides nunc, quàm peri-
culosa sit tristitia, quæ non est secundum Deum? **A-**
POLLONIUS: Quid sentiendum est de animabus
istorum? **CÆSARIUS:** Si sola tristitia & despera-
tio, non frenesis, aut mentis alienatio, in causã fue-
rit, haud dubium quiri damnati sint. De furiosis & fa-
tuus, in quibus ratio non viuit, quæstio non est quiri
saluentur, quocunq; modo moriantur, si tamen
prius